ně factam à ſacra cõgregatione Cardinalium [qui propoſiti ſunt decretis Concilij Tridentini interpretandis] quæ vna cum Sanctiſsimo Eccleſiæ Capite Sũmo [in quam] Pontifice declarauit Romæ die decima Septembris anno Domini. 1577. per Maremagnum, alia ve priuilegia regularibus conceſſa & facta, mentem non eſſe, poteſtatem concedere abſoluendi à caſibus ab Epiſcopo reſeruatis: Reſpõdeo, quod Gregorius. 13. decima die Maij, anno Dominì milleſsimo quingenteſsimo octuageſsimo tertio, declarauit, non eſſe intentionis ſuæ, quod pertalem reuocationem derogata ſit Societatis facultas, eamque [quatenus opus ſit] de nouo cõfirmauit. Ita refert Collector Compendij Socetatis I E S V, verbo, Abſolutio. § 1. Ex qua colligitur, confeſſores Societatis poſſe abſoluere virtute ſuorum priuilegiorum, etiam hodie à caſibus Epiſcopis reſeruatis. Vnde cum Mendicantes fratres gaudeant priuilegijs religioſis ſocietatis I E S V conceſsis, prout probatũ eſt. fo. 114. 115. Sequtur euidenter etiam confeſſores Mendicãtes virtute dicti priuilegij [per communicationem] poſſe modo à caſibus reſeruatis Epiſcopis abſoluere. Quod ex dictis in allegato lo

co